

The Second Labor: Hercules Kills the Hydra

Hērculēs, ab Eurystheō jussus, cum amīcō Iolaō, ad lacum Lernaem contendit in quō Hydra habitābat. Hydra fuit mōnstrum, quod novem capita habuit. Prīmum Hērculēs, arcum intendēns, sagittās mīsīt quae pellem mōnstrī nōn trājēcērunt. Deinde, collum laevā manūprehendēns, novem capita dextrā manū abscīdere incēpit. Sed frūstrā! Nova capita, duo prō capite singulō, statim crēscēbant. Tum postrēmō hērōs cōnsilium novum cēpit. Cum amīcō arborēs succīdit et, postquam ignis ex lignīs factus est, facibus ārdentibus magnō cum labōre colla ūssit. Nova capita ex hīs collīs nōn jam crēscere incipiēbant. Hydra interfecta est, et sanguine mōnstrī Hērculēs sagittās suās mortiferās fēcīt.